



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quare Ecclesia permittit & habet varia sacramentalia & caeremonias.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

ptismo, deinde iam adultus confirmatione, & post  
stremounctione armaretur contra diabolum, ut  
mni diligentia accepta semel in baptismo iustitia re-  
tineretur: Est enim Christianus, in hac vita viator  
qua egressurus, primum valedicit, id est, in baptismo  
renunciat mundo, peccatis & satanæ: deinde pro-  
uidet se de pane viatico, id est, in Eucharistia ciba-  
tur: Tertiò armatur contra noxia animalia, canes, &c.  
id est, in confirmatione & unctione extrema anima-  
tur contra insultus & insidias diaboli, &c.

## CAPVT XVI.

## ARGUMENTA.

1. *Quare Ecclesia permittit & habet varijs sacramentalia & ceremonias.*
2. *Vnde illarum sit virtus, utrum à rebus, an à vir-  
tute diuini nominis super his inuocati.*
3. *Quando illorum verus sit usus, & quando abusus.*

**N**otandum primò quod propheta David in Psal. 148. iubet Deum laudare. mnes creaturas tam rationales, vt Angelos & homines, quam irrationalies, vt bestias & vniuersa pecora, solem, lumen, ignem, glaciem, montes, ligna fructifera, & oīcedros &c. quæ à Deo creata sunt. Deinde iubet nos in creaturis Deum laudare: ideo Ecclesia quia sit quod Deo placet, si inuocetur sèpè nomen eius: nam illa inuocatio est cultus & honor Dei, quem maximè exigit. Nam est testimonium fidei, Rom. 10. quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Igitur super varias creaturas inuocat & laudat Ecclesia nomen Dei, vt sunt sal, aqua, herbæ, lumen, appara-  
menta, & reliqua templi utensilia, in huic finem, vt homo

homo habeat, quo sāpē admoneatur laudare, bēnēdicere & cogitare Deum in corde suo, vt quoties vīdet vīsum illarum creaturarum, cogitet ea fieri in honorem & laudem Dei, atque idē ipsum in corde suo adoret. Nam sicut circulus ante tabernam admonet de vīno vendibili, &cāt. ita externae cāremoniāe admonent nos rerum diuinārum. Habebāt olim Chriſtiani priuatum in domibus Eucharistiam: sed mos illeabolitus est, & in locum eius successit consuetudo, quōd habeant in domibus creaturas benedictas vel consecratas cum inuocatione nominis Dei, vt vel sic semper in omni creatura admoneantur Dei benefātoris ac conditoris, sicut habent sal, aquam, palmarum frondes, cereos & cāta consecrata, nam testatur scriptura, vbi ait Apostolus i Timoth 4 quōd omnis creatura sanctificatur per verbum inuocationis, Dei scilicet & orationum: monēt autem nos vexilla, thurificationes, candelā seu funalia de triumpho Chriſti, quem habuit superata morte & inferno: herbę autem fructiferę & odoriferę signant, virginem Mariam dedisse suavitatem odoris & fructum benedictum Iesum Christum &cāt. Non in aliū quām in hunc finem, nempē vt nos admoneant Dei & rerum spiritualium, permittit Ecclesia huiusmodi sacramētalia & cāremonias.

Secundō, quia non solū admonent, sed etiam quandam virtutem & fructum habent: ideo sciendū, quōd talis efficacia non est à creatura, sed ab inuocatione nominis Dei: Virtus enim nominis Dei, super hanc creaturam inuocati, operatur per eandem, non ipsa creatura. Sic Christus inquit Marc. vītim. In nomine meo dæmonia eiſcient, id est, non verba aut virtus verborum, sed virtus nominis mei: illuc respicite, & intentionem ac fidem dirigite, non in creaturam aut verba vestra: sed virtus nominis Christi serpentes tollet, ne potus vēnēi noceat, vt infirmitas sanetur